¶ Nunc ad allegata loco. 24. reſpondeo negando conſequentiam/ꝙ ex quo Petrus poſt xp̄i reſurrectionẽ maioritatem ꝑeminentiamq́ꝫ inter alios eſt ſortitus: non mirum ſi hoc Apoſtoli neſcientes utputa futurę ꝑlationis ignari de hac ſuperioritate inuicem diſceptabant: Et lꝫ ſcirent principatum Petro a domino repromiſſum dicente: Tu es Petrus &c. tñ cũ adhuc forent ſcripturaꝝ ignari/ & in fide minus ſtabiles/neſciebant adhuc eſſet ne xp̄s promiſſionem illa adimpleturus. Verũ poſt reſurrectionẽ dominicam xp̄i ſniam & uoluntatem plenius cognoſcẽtes iudicio magiſtri paruere/illiuſq́ꝫ ordinationi acquieuere: Petrũq́ꝫ deinde principẽ eoꝝ eſſe uoluerunt/ut .r. Anacletus teſtatur. Dum aũt dicitur ꝙ qui maior eſt fiat ſicut miniſter/nõ propterea prohibuit Ap̄lis uti ſuperioritate iuriſditionis/ut quilibet reputaret ſe minorẽ aliis reſpectu officii & poteſtatis/ſed reſpectu humilitatis/ ut quo eſſet quis maior eo foret humilior. Iuxta illud eccleſiaſtici q̄to maior es tanto te humilia in omnibus. Et .s. Grego. oẽs inquit ſm humilitatem pares ſumus. Et dum xp̄s dominationem Ap̄lis interdixiſſe quibuſdã uidetur: r̃ndeo ꝙ uerbis Euangelii diligenter conſideratis in oppoſitũ facit illa auctoritas: quia nõ omnis principatus ſed tyrannicus tm̃ interdicitur/ſicut principes gentiũ faciebant/ ſubditis ut mancipiis imperitantes. Duplex quippe eſt dominium ſm Tho. in apoſtilla ſuper Math. Vnũ ꝑſidentiæ/ & talis dominatus prelatis conuenit: & hoc apoſtolis nõ interdicitur: qđ pꝫ/quia xp̄s ut canit eccleſia Petro dixit: Sup plebem meam principem te conſtitui: & de apoſtolis Pſalm. 44. dicitur. Conſtitues eos principes ſuper omnem terrã. Et de exercitio paſtoralis ꝑſidentiæ cõmiſſę petro dicitur Io. ulti. c. Paſce oues meas. Alterũ dominiũ eſt ad ſeruitutem relatiuũ: & hoc a xp̄o apoſtolis interdicitur: Hoc tam

.r. 21. d. In nouo.

.s. 22. d. de Cõſtantinopolitana.

.t. Apſus Petrus ſuis in epiſtolis quã Hier. prohibet oĩbus ꝑlatis in ſubditos exercere: quoꝝ officium eſt ut ſuas utilitates negligãt/& illoꝝ procurent: ut Chriſoſt. ſuꝑ Math. loco prçallegato affirmat.

.ſ.95.d. ecce & .c. eſto.45.d. due prima.pet.c'ſi.

¶ Non obſtant.25.loco deducta/quia Paulus nõ negat Petri auctoritatẽ/ſed tñ ſui Euangelii ueritatem oſtendit tria ponens: Vnum ꝙ apoſtoli quibus cum ſuum cõtulit euangelium ut uerum approbarunt. Alterum ꝙ nihil ſupleuerunt uel addiderunt: Tertium ꝙ in ſuam ſocietatem ut uerum apoſtolum receperunt: quare ratione perfectionis doctrinæ aliis Apoſtolis non fuit inferior; Petro autẽ in duobus par fuit/quia & ipſe a xp̃o erat immediate apoſtolus conſtitutus; Inſuper ab eodem in euangelio inſtructus ut Petrus. Quoad iuriſditionem uero Petro longe inferior: Nec latebat Paulum Petrum eſſe caput cum ab eo cephas appelletur/quod caput ſignificat. Et licet Paulus a Chriſto immediate apoſtolatum acceperit ut & cçteri Apoſtoli; Petrus tamen alioꝝ caput eſt inſtitutus a domino: qđ ex eo patet/quia Paulus ad Petrũ uenit cum eo de euangelio collaturus/licet eſſet a xp̃o prædicator gentiũ conſtitutus. Et ut inquit Hieronymus ad Auguſti. Paulus non habuiſſet ſecuritatem prædicandi Euangelium / niſi Petri & eorum qui cum eo erant fuiſſet ſententia roboratum: ut ex fine epiſtolæ ultimç ipſius Petri euidenter apparet. Et dum dicit creditum ſibi euangelium præputii/ ſicut Petro circunciſionis: non per hoc facit ſe parem Petro/quem Eccleſiæ caput appellat: Nec credidit Petri poteſtatem ad circunciſos reſtrictam / licet eo tempore quo Hieroſolimæ & Anthiochiç morabať/multos tum ex Iudeis tum ex gentibus ad fidẽ conuerterit: ut de Cornelio centurione legitur Act.12.ca. Et dum Glo. dicit principaliter ſicut Petro fuiſſe creditum Euangelium uerum dicit quo ad prçdicationis non autem prelationis officium.
Non obſtat quod de ſocietate dicitur Petrum fuiſſe ſociũ

Paulo qđ ęqualitatẽ ſignificare uidetur/nõ ſuperioritatẽ: Cum ſuperior non ſoleat ſocius appellari: quia dico hoc falſum ſicut in libris .u. Regum apparet: ubi dicitur fuit Rex Saul & ſocii eius ad quęrendum Dauit: & dominus diſcipulos ſuos .x. fratres appellare non erubeſcit. ꝙ uero Paulus Petro reſtiſtit hoc nullam in Paulo æqualitatem uel ſuperioritatem arguit: Licet enim in cauſa fidei (prout illa erat) ſubdito erranti prelato contradicere/ illumqꝫ repræhendere; ut .y. Grego. ait: ſicut & papę ſcandalizanti eccleſiam licitum eſt reſiſtere: ut tradit .z. Gelaſius & Innocen. quartus. Ad dictum deutoronomi diis non detrahes. &c. Dico talem reprehenſionem fuiſſe fraternam/ non detractionem uel maledictionem. Nec obſtat dum .a. Hiero. ait Paulus petrum non repræhenderet ſi ſe non imparem ſciret; quia loquitur de uitæ puritate/ & ſanctitate/non de poteſtate eccleſiaſticæ dignitatis / qua quilibet petro eſt inferior; Et licet petrus eſſet omnibus ſuperior humiliter tolerauit exemplo ſuo ad humilitatem nos .b. inuitans: quod & eius ſucceſſores pleroſqꝫ feciſſe legimus petri exemplũ imitatos .c. Vel dici poteſt paulum petro parem fuiſſe quoad fidei defenſionem/non quoad dignitatem prelationis: ut dicit beatus Thomas .D.

¶ Dum autem .26. adducuntur exempla in act. apoſtolorum & primuꝫ eſt electio Mathiæ: Dico ꝙ petri electio facta una cum aliis Apoſtolis de Mathia/non arguit defectum poteſtatis; quin illam ſolus facere potuiſſet ſi uoluiſſet cum eſſet princeps aliorum/ſed facta fuit de cõmuni conſenſu ratione pacis & unitatis ſeruandæ: quod Chriſoſtomus locum illum exponens manifeſte ſentire uidetur/dum dixit ꝙ petrus omnia facit cõmuni omnium uoluntate. Et nihil agit principaliter aut quaſi dominus. &c. Et infra multitudini populorum electionem cõcedit ut ipſe a contentione liberaretur/ & alii honorem exhiberet/& infra quid ergo. &c. Oportune uero primus petrus

.u. primo Regũ .23.c.
.x. Io.20.c.
.y. 2.q.7. paulus dicit.
.z. 1.q.7. & ſi illa Inno. in c. iqſitiõs de ſentẽ. exco. & in c. q̃to· đ cõſuet.
.a. 2.q.7. Paulus petrum.
b. 2.q.7. Nos ſi incõpetẽtr. c. petrus. &c. ſi quis.
.c. 2.q.5.c. Mãdaſtis &c. audituuꝫ.
D. 2. ſe. q. 34. ar. 4.

hmõi rei dominatur quia ipſe oẽs in ſuã poteſtatẽ accepe rat. Ad eum enim dixit .d. dñs. Tu aliqñ conuerſus cõfirma fratres tuos. &c. Videmus etiam ſæpius geſta in Conciliis pñte Papa .e. Concilio & non papę adſcribi / & ita ſoluuntur illę primę tres rationes ſupra adductę ad idem fere tendentes. Ad ultimũ uero de miſſione Petri & Ioan. in reſponſione ad.3. argu. plenius eſt ſupradictum.

.d.21.d.c.1.luc.22.c .e. c.1.de pac.c.1.2. &.3.đ hıs q̃ fi.a p̃l. c.1.de.ſponſ.17. q. 4.conſtituit. &.c. diffiniuit.16.q.1.c multis.&.c. fęlix.

¶ Non obſtat argumentum.27.loco adductum / quia lʒ poteſtas Ep̃oꝝ ſit a xp̃o / non tamẽ eſt immediate ab illo ſed Petro mediante & ſucceſſoribus ſuis. Et ſi apoſtoli habuerunt & diſcipuli immediate iuriſditionem, a xp̃o ut ꝯria uidenť innuere: nõ ſequiť ergo Ep̃i & ſacerdotes eis ſuccedentes / quod duobus patet exemplis: Vnũ eſt hmõi Nam in principio creationis indiuidua ſpecieꝝ fuerũt facta a deo immediate / propagatio tñ illoꝝ non eſt a deo q̃tum ad ordinem ſuppoſitoꝝ agentiuʒ immediate / imo fiunt uirtute cęleſti / aliiſq; ſecundis cauſis mediantibus. Sol enim & homo generant hoiem ſm Ariſt.in.2. phiſic. Sicut igitur non ualet hęc conſequentia. Elementa alięq; principales mundi partes fuerunt imediate a deo ꝓducta: ergo in propagatione reꝝ inſtitutaꝝ oĩa quę fiunt a deo immediate procedunt / ita nequaq̃& hęc eſt bona: Xp̃s ab initio dedit ptãtem iuriſditionis apoſtolis & diſcipulis / ĩmediate ergo& eoꝝ ſucceſſoribus. Voluit enim illos tñ non ſucceſſores ſpeciali dono inſignire. Alterũ eſt exemplum regimine ordinis polytici conſiderato. Sicut enim xp̃s paſtor & princeps dũ adhuc pręſens eſſet in regno militantis eccleſiæ ſm conuerſationem humanã ꝑ ſe ap̃ſos diſcipuloſq; alios diuerſis in iuriſditionibus inſtituiſſe dicitur: Nõ per hoc ſequitur ꝙ eo abſente & inter hoies minime cõuerſante alii in regno eccleſię ſuccedẽtes primis ab eo inſtitutis / ab ipſo dicantur immediute inſtituti. Poterũt enim a ſuo uicario generali inſtitui / cui totius principatus curã cõmiſit: Sicut euenit cum aliquẽ magnũ Re

gem contingit peregre proficiſci;qui uicegerentē ad uniuerſi regni negotia cū ampliſſima ordinandoꝶ oīum poteſtate conſtituit/cui officialiū & miniſtroꝶ pro tempore uacantiū prouidendoꝶ curā cōmiſit:Ita credendū eſt etiā xp̄m cęlū petiturū/& a militante eccleſia ſuam uiſibilem p̄ntiam ſubtracturū Petro totius eccleſię regimen cōmiſiſſe.Præterea cū (ut ait .ſ. Vrbanus papa) Eccleſia quotti die Ep̄os generet:ergo ab eccleſia immediate p̄tātem accipiunt nō a xp̄o:Vnde licet Ep̄i propter ſimilitudinem officii uel poteſtatis apoſtoloꝶ ſucceſſores dicant̃:in mō tn̄ recipiendi longe differunt. Neq; eſt bona ſimilitudo papę & aliorum/quia illi ſunt particulares uicarii / ille uero uniuerſales : particulares autem uicarii ab alio conſtitui poſſūt a dn̄o a .g. uicario.ſ.generali. Vicarius autē generalis non poteſt niſi a dn̄o immediate conſtitui.Ampliori pręterea prærogatiua uoluit/xp̄s præ aliis Petrū honorare: a quo unice amabatur. R̄ndetur & alio mō negando aſſumptū/quia nullibi reperitur xp̄m apoſtolis iuriſditionem dediſſe/ ſed Petro tm̄ & ſucceſſoribus:& ab ipſis in alios deriuandam:ut in argu.cōtrarię partis dedu cetur/& ſupra eſt tactū in rn̄ſionibus ad alia argu.Et eadē reſponſione tolluntur alia ſuperinducta.quęcunq; ligaueritis.&c.& quoꝶ remiſeritis peccata &c.quia de poteſtate ligandi & ſoluendi in foro conſcientię loquūtur. Minus ēt obſtat Lucę auctoritas:de miſſione diſcipuloꝶ ad prædicandum & baptizandū/quia miſſio hmōi nullā p̄tātē iuriſditiōis importat: Ad certū pręterea locū eſt reſtricta dū ait in uiā gentiū ne abieritis & tēpore morte xp̄i.ſ.terminata. A fide nanq; apoſtatātes poteſtatē ſibi conceſſā amiſere:ꝙ ſi poſt reſurrectionem tam p̄dicandi facultatē q̄ iuriſditionem diſcipuli accepiſſe dicantur per id quod dixit.Sicut miſit me pater uiuens/ego mitto uos &c. Dico neutram fuiſſe tunc datam diſcipulis/quia facultas prędicandi competit ratione ordinis.ſ. diaconatus .h. unde

.ſ. 68.d.c.ſi.

.g.d̄ offi.uic.c.ſua

.h.25.d. pleſtis.92. .d. in ſancta.

poſt ſancti ſpiritus miſſione; nulli niſi diaconi pdicabāt: quis nunc prædicandi officium ſolis competat .i. ſacerdotibus. Nullū aūt ordinem diſcipulis aliis a domino collatum legimus niſi ſolis apoſtolis in cœna dn̄i dicēte .k. illo. Hoc facite in meam cōmemorationem: unde Xp̄s pdicandi ptātem dediſſe uidetur/mō tamen debito peragendam/ ordine .ſ. diaconatus prius rite ſuſcepto ſm ordinationes a Petro & aliis apoſtolis ſupra hoc faciendas. Et idem de facultate baptizandi dicendū eſt: q͏ in primitiua eccleſia diaconis ſolis cōpetebat ut ex actibus Apſorum apparet/ de Philippo Eunuchū baptizante act.8.c. aliiſq͏ cōpluribus/ut nullam poteſtatem baptizandi diſcipulis aliis præterq̄ apoſtolis dederit/ ſacerdotibus iam in cęna ab eo conſtitutis: Multoq͏ minus his iuriſditionē aliquā conceſſam dixerim per premiſſa. Et dictio ſicut nō ſemp importat omnimodam ſimilitudinem ut eſt uidere cum xp̄s diſcipulis ait .l. Eſtote perfecti ſicut pater ueſter perfectus eſt: & tamen clarum eſt creatura; nullam poſſe illius perfectioni aliquatenus comparari. Non obſtat q͏ una diſpoſitio debeat plura pariter determinabilia ęqualiter determinare quia illud procedit; niſi aliter de mente diſponentis conſtaret/uel de aliquo illorum eſſet ſpecialiter a diſponente prouiſum: ut Iuriſtę aiunt in locis præallegatis: prout eſt in propoſito. Prius enim xp̄s petro prouidit q̄ aliis dicendo. Tu es petrus &c. ut ex ſerie textus euangeliſtę Math. apparet: unde licet poſtea dixerit aliis: quęcunq͏ ligaueritis &c. Intelligit̄ ſalua poteſtate petro prius principaliori modo conceſſa: ut habetur in .xi. argumēto partis contrariæ. Et dum dicitur non poſſe differentię rationem congrue inter petrū & alios aſſignari/ q͏ poteſtas data Petro in ſūmū pont. a xp̄o īmediate deriuet̄/data uero apoſtolis & diſcipulis nō continuetur in epiſcopos & curatos: multiplex poteſt ratio aſſignari. Vna q͏ poteſtas data petro cū ampliſſima ſit/& ab hoīe puro dari nō poſſit.

.i .16.q.1. adicim⁹ d̄ heret.c. cū.ex iniūcto .&.c.excoīcamus §. qa uerc. .k. Math.27.c.d̄ cōſec. d.2. In xp̄o.

.l. Math.9.c. de ſū. tri.c.2.

Op; ut ab eodẽ qui illá dedit petro/ xp̃o.ſ. ad ſucceſſores continuetur: ptás uero apſis & aliis diſcipulis limitata cũ ſit & coarctata/ab hoie pót concedi: ſicut cũ papa aliquez ad epatum promouit uel alicui curá aſſignat/ ei tantá tribuit ptátem q̃tam habet eps quilibet uel alius curá habẽs aiaꝝ/ & ſi a xp̃o foret inſtitutus. Altera quia uicarii particulares poſſunt inſtitui .m. a uicario gñali: gñalis aũt nõ niſi a dño/ & ideo nõ eſt neceſſariũ a dño inſtitui pticularem uicariũ ſicut gñalem. Tertia rõ/ quia ſtatui papatus lȝ nõ ſit ptás ordinis adnexa quaſi ex debito tñ iuriſditiõis plenitudo eſt illi adnexa. Papatus.n. ſtatũ platiõis ſignificat cũ plenitudine ptátis/ q̃ ptás cũ ſit ei a deo inſepabilr attributa ad ſucceſſores cõtinuat/ qđ ſecus eſt in aliis epis & ſacerdotibus/ quoꝝ ſtatui de neceſſitate nulla ẽ annexa iuriditiõis ptás/ q̃ ſi illis diuino iure foret adnexa nõ poſſet ab hoie inuicẽ ſeparari: qđ.n. deus cõiunxit/ hõ nõ .n. ſeparet. Papa át pót facere uerũ epm & uerũ ſacerdotẽ ſubditis iuriſditiõeq; carentes: ut hoc tũ Theologi affirmát tũ ſacri canones cõprobant / & papa quotidie creat epos nullatenẽtes uulgo appellatos/ qa epatus ipſoꝝ in infidelíũ terris cõſiſtit/ in qbus nullá poſſunt iuriſditionẽ actualem exercere. Quarta rõ ẽ diſſimilitudinis qa diſſimilis ẽ epoꝝ quo ad apſos & curá hñtiũ quo ad diſcipulos ac ipſius papę quo ad petrũ ſucceſſio: qa petro in determinata & certa iuriſditiõe papa ſuccedit/ tũ quo ad territoriũ / tũ quo ad caſus ſiue ptátis extẽſionẽ/ nõ ſic epi apſis nec hñtes curá diſcipulis: ut eſt clarũ. Quinta rõ eſt .o. unitatis eccłię cõſeruatio. Cõgruẽtius.n. uſ ut alioꝝ platoꝝ ptás a gñali uicario q̃ a xp̃o imediate deriuet ſicut ptás papę: ut in ſupioribus eſt oſtenſum. Pót tñ dici epoꝝ & ſacerdotũ ſtatus a deo dupliciter inſtitutus. Vno mõ generaliter & implicite & quoad uirtutẽ in petro/ quia petrus fuit uerus cuiuſlibet Parrochiæ rector ſicut in quaternario binarius & ternarius numerus quoad materiá & uirtutem/

.m. đ off. uica. ſua.

.n. đ tranſl. p̃l. c. lȝ & . c. q̃to. Math. c. 18.

.o. 24. q. 1. c. loqr.

non quo ad formã includitur/ita in Petro utrunq; statũ / tum q̃tum ad materiã/tum quo ad uirtutem xp̃s instituit qa in eo fuit potestas dioceses & parrochias Ep̃is & presbiteris assignandi. Alio modo explicite quo ad territoria & casus ac potestates determinatas: & hoc est falsum/ ut in superioribus est probatũ:& habet plene in.37. argu. partis contrariæ. Alia etiã ultra prædicta potest ratio assignari/quia ex una parte est certa determinatio/ex alia oĩno incerta.Nam electio papæ est certa & determinata/ qa a cõitate uniuersalẽ ecclesiam rep̃sentante est celebranda. Ro.s.ecclesiæ Cardinalibus/Cõitas uero ad quã pertinet electio Ep̃og uariabilis est ac prorsus incerta.Expedit .n. sæpius Ep̃atus/& nouos insuper Ep̃os creare ob gentium plerunq; multitudinem nouiter ad fidem conuersam/ ad quas Ep̃og electio spectare contingit/propter quod uicario generali de talibus ordinandi oportuit a domino facultatem concedi.

¶ Ad.28.argu.dic q̃ petrus successit xp̃o ĩ uicariatu generali non Iacobus/quia in uita xp̃i non fuit Ecclesia Hierosolimitana/sed post xp̃i resurrectionem Vnde non potest Iacobus dici xp̃i successor in ecclesia quę non dũ .p. erat. Præterea cum fuerit factus a petro ecclesię Hierosolimitanę .q. ep̃us/quo modo dici potest illo maior a quo potestatem accepit/ut supra proxime latius dixi.Chrisos. etiam ait exponens illud Io.ulti. sequere me: quod aco. licet post ascensionem dñi specialem curam loci illius habuerit/petrus tamen uniuersalis ecclesię curam obtinuit. Quod uero petrus xp̃o immediate Hierosolymis successerit ex eo patet/quia ibi plura ad summi pont. munia exercuit:ut ex actibus ap̃log apparet.Et licet Hierosolyma ob xp̃i passionem fuerit gloriosior/Roma tamẽ pro summi pontificis sede fuit aptior:a xp̃o quoq; prælecta ut.r. Nicolai anacleti / & aliorum sanctissimorum patrum testimonio comprobatur.

p.c.Abbate ď uer. sig.lib .6. .q. 66.d.c.fi.

.1.22.d.c.1.&.2.24. q.1. rogamus.12.q .1.futurã.q fil. sint leg.c. p uenerabi. .§.rationibus.

¶ Rñdendo ad.19.argu.Dico eſſe falſu; Petrũ ab apl̃is principatũ conſecutũ fuiſſe imo ab ipſo dño primũ/cuius uoluntati apoſtoli conſenſum pbuere/ prout idẽ .s. Ana. aſſerit inqens: Licet oẽs eẽnt apl̃i/ Petro tñ a dño conceſſum eſt & ipſi inter ſe uoluerũt id ipſum ut reliquis oĩbus pęſſet apl̃is & cephas.i.caput & principatũ teneret apoſtolatus. Vñ Chriſoſt.ſuper illud Ioan.ulti.Paſce oues meas. Eximius inquit apoſtolo℞ erat Petrus & os diſcipulo℞ & uertex collegii. Vñ & negatione deleta cõmittit ei plationem fratrũ. Hoc manifeſtius ex uerbis .t. Leonis papę apparet dicentis: Huius muneris ſacramentũ ita dñs ad oĩu; apoſtolo℞ officiũ pertinere uoluit/ ut in btiſſimo Petro oĩum apl̃o℞ ſũmo pncipaliter collocaret: ut ab ipſo q̃ſi a quodá capite dona ſua uelut i corpus oĩe diffũderet &c. Igĩ nõ Petrus ab apoſtolis ſed a dño principatũ obtinuit qa ſũmus apoſtolo℞ ab eo cõſtitutus: uñ .u. Iul. papa inquir & ſicut btũs petrus apl̃us primus fuit oĩu; apoſto. ita eccleſia ſuo noĩe cõſecrata dño inſtituẽte/ prima ſit & cap̃ ceterа℞. Et l; uicarius petri a Lud. appellet/ i. ppria eſt illa lucutio cũ papa Petri uicarius appellaſ. Cõgruẽtius.n.xp̃i q̃ uicarius Petri dĩ/ſicuti uariis in locis a ſacris cano. x.nũcupatur. uñ dicendũ eſt Impatorẽ ut imperitũ & canonũ ignarũ ea ,plocutũ nec incauta unius locutio ueritati piudiciũ põt .y. afferre. At ſi dicaſ cur cõſtitutio illa impatoris ita loquẽtis incaute inter decreta Pont. fuerit collocata: dico ad aliũ finẽ iiſdem fuiſſe inſertam. uerba uero illa enunciatiua in pfatione incidenter ad aliũ effectũ ,plata nihil habent .z. officere/pſertim ab eo dicta qui nullã ſuper hmõi diſponendi facultatẽ habet ueluti ſi aliquis regem aut dñm quenq̃ nominet/q utiq; nõ ppea Rex erit uel dñs cum non ſit in illius poteſtate hoc facere. Vel dicendum eſt uicarius Petri .i. ſucceſſor uel uicem gerens/ prout .a. Iulius papa aſſerit Petri ſe uicẽ gerere/nõ tamen eſt uicarius Petri.i.ab illo factus/ſed a xp̃o i pſona Petri

H i

.s. 22.d.c.2.

.t.19.d.ita dñs de elec.c. fundamta. in prin.li.6.

.u. 3.q.6. dudum.

.x. de tranſl. pl.c. inter &.c.q̃to d̃ re iud.c.ad apl̃ice.§. nos igitur li.6.

.y.8.d.c.ueritate & .c.fruſtra.

.z. ff.de donat .l. ex hac ſcridtura / ubi late p Bart. & moder.C.d̃ teſta. l.mil.l.ex his p cano.i.c. ſi cautio d̃ fide inſtru.

.a.2.q.7.in ſancta. de homi.c.i.li.6.& doc.c.inter & q̃to de tranſl. prel.

Digitized by Google

Præterea ut in ſuperioribus eſt dictũ nõ eſt uerũ/ ꝙ papę ſucceſſor dicatur ꝓdeceſſoris uicarius:ſed nouus papa ex electione Cardinaliũ ſuſcipit iuriſditionẽ a xp̃o/ ut ſacri .b. Canones uolunt . Impoſſibile eſt ꝑterea ptãtem hanc ab uniuerſali eccl̃a dependere/ cũ ipſa in mẽbris ſuis quotidie ligandi & ſoluendi poteſtate indigeat quæ fuit data Petro & ſucceſſoribus ſuis.Et dũ dicitur papã habere ptãtem a Conciliis/hoc eſt falſum & in contrariũ eſt auctoritas .c. Symachi dicentis ptãtem papę a dño prius conceſſam/poſtea a Conciliis cõprobatã:& hęc cõprobatio neceſſitatis eſt nõ uoluntatis/quia minor maioris geſta nequit iufringere (ut ſępe dixi) Et lʒ tex.ibi dicat ſingularẽ tradidit ptãtem:Archid.exponit/tradidit.i.traditã eſſe oñdit.Vel dic tradidit ſecũdario non principaliter/ prius.n. illã ſibi tradidit xp̃s:ut ibi manifeſte dicitur.

.b. 13.d. i noie dñi de elec.c. licet.

.c.17.d.§.hinc ẽt.

¶Rñdendo ad .30. dico claues datas uniuerſali eccl̃ię non in oibus membris eius ſed in aliquibus/& plenitudo eſt illi in uno membro tm̃ principali/quod eſt caput/Ro. .ſ.Pontifex.Et ita dicimus datas claues eccl̃iæ:tuñ de poteſtate ligandi & ſoluendi ſolis ſacerdotibus eſt permiſſuʒ: Petro uero ſoli data eſt .d. plenitudo poteſtatis / ut latius probatur in argu.partis contrarię/maxime in.34.&.35. argumẽtis. Vel dic datas claues eccleſię p miniſteriũ Petri in mẽbra ipſius eccleſię diſtribuendas prout uiderit expedire.Petro quippe ut .c. Alex.2.aſſerit ꝓ oibus & ꝓ oibus claues ipſæ a dño conceſſę fuere:& intellige pro oibus .i. pp omnũ utilitatẽ : & hæc ſolutio oẽs contrarietates euacuat ſi recte conſiderẽ.Vniuerſalis enĩ ecclesia hmõi clauium oino eſt incapax: ut latiſſime probatur in argu. partis contrariæ arg:33.34.35.Et ideo dicuntur claues eccleſię qa p eas pãdiẽ & excludiẽ aditus eccleſię/nõ p hoc ꝙ ſint datæ uniuerſitatis eccl̃ię/ſed illi ꝑexiſtenti Pont. ſicut claues Caſtelli dicuntur cõmiſſe cuſtodi & nõ caſtello/q̃uis Caſtelli claues appellentur. Notandũ eſt ẽt ꝙ propter uni

d.2.q.6.decreto. ꝺ Aucto. & uſu pal. ad honorem.

.c. 24.q.1. Audiuimus.21.d.c.1.

tatem membroꝝ in corpore eccleſię ipſum corpus eccle-
ſię dr̃ recipere: facere aliquid uel habere & alia id genus/
quæ proprie unũ ex ſuis membris recipit/ facit uel hẽt: lꝫ
illud tale uniuerſitati mẽbroꝝ poſſit nõ cõgruere/nec ue
raciter dici queat de ea/ſed tm̃ per figurã Synedochen to
tum a parte denominando. Sicut in corpore naturalis ho
minis exemplũ manifeſte patet. Homo nẽpe criſpus uel
caluus dicitur/cũ hęc qualitates uni tm̃ mẽbro inhereãt:
ita eſt reperire in corporibus p ſimilitudineꝫ dictis. Plura
ſiquidem uni populo tribuuntur/quæ lꝫ pleriſqꝫ cõpetant
toti tm̃ populo poſſunt minime cõuenire. Vnde glo. expo
nens illud apſi ad .f. Corin. Sedit populus meus mãduca
re & bibere: Inquit populus. i. aliqui đ populo/totũ ꝑ par
te ponit. Sic in propoſito pp unitateꝫ in eccleſiæ corpore
multa quæ quibuſdã tm̃ cõueniunt toti eccleſiæ corpori
attributa legunẗ: Vt poteſtas clauiũ ligandi & ſoluendi a
peccatis ſolis ſacerdotibus competens/& in quibus ſubie
ctiue & diſpoſitiue eſſe poteſt dicitur eccleſię data / cuius
mẽbra ſacerdotes exiſtũt. Vnde .g. Archid. Canonũ inter
pres eximius inquit: Eccleſia dicit̃ facere quod eius mi-
niſtri faciunt/puta baptizare/peccata dimittere / & alia id
genus. Propter unitatẽ etiã hanc miſtici corporis nõ ſolũ
dicitur eccleſia habere claues quas prelati habent/ſed etiã
ꝙ xp̃o capiti tm̃ conuenit/nõnunq̃ ipſi eccleſię tribuitur
ẜm Aug. exponenteꝫ illud Apoc. 2. c. Qui uicerit & ſeruat
opera mea dabo ei ptãtem ſuper gentes & Reges eos in
uirga ferrea: & ſicut uas figuli cõminuentur/ſicut & ego
accepi a patre meo. &c. ſic ait. In xp̃o habet eccleſia hanc
poteſtatem ſicut dicit apoſtolus cum illo oĩa nobis dona
uit. Vbi eſt conſiderandũ cum aliqua leguntur eccleſiæ at
tributa/eſt aduertendũ cuius reſpectu ei talia tribuantur:
cũ non oĩa omnibus conueniant/ſed q̃dam quibuſdam/
quędam aliis/quędam uni: & ut ſingula ſingulis .h. con-
grue referantur. Quare Aug. pluribus locis maxime ſup

.f. epſa. 1. 16. c.
Exodi. 32. c.

.g. de conſec. d. 4. queris.

.h. ff. đ uſu. & hab. .l. plenũ. §. equitii. đ uer. ſig. intellig.

Digitized by Google

Pſal.17.&.21. Attende inquit regulam unitatis & corporis q̄ſi.n. una pſona eſt caput & corpus ideoq; una uoce utit̃ caput cū mēbris/ſ3 ea quę dñr ad diuerſa referantur: q̄dā enim ſoli capiti cōueniunt: q̄dam ſolis mēbris; q̄dam capiti & mēbris. Item q̄ mēbris conueniunt/q̄dam ptis/q̄dā pñtibus/q̄dam futuris/q̄dam perfectis/ q̄dam imperfectis conueniunt: & tñ in tanta diuerſitate una eſt uox & quaſi una perſona loqui uidetur. Ex quibus patet qualiter intelligenda ſit auctoritas ſanctoꝝ dicens Eccleſię catholicæ datas eſſe claues/quia non in tota cōitate & mēbroꝝ multitudine ſunt conceſſæ/ſed in aliquibus tm̄ .ſ. in principibus/ Ep̄is & preſ biteris; ut ait Hier. Et in iſtis ut ſingularibus non ut collegio attributæ: ut late eſt probatū in.33. argumento &.34. partis contrarię.

¶ Ad.31. argu. reſpondendo dico illa uerba. dic eccleſię de p̄latis eccliæ nō de uniuerſali eccleſia intelligenda ſm Aug. Chriſoſt. Et oīum antiquoꝝ doctoꝝ ſniam: quā canonū ſacroꝝ .i. interp̄tres ſectari uidentur: Neq; uero pōt illa euangelica auctoritas de uniuerſali eccleſia intelligi. Primo quia uidetur impoſſibile denunciationē hanc illi poſſe fieri cū nunq̄ uel rariſſime congregetur. Interim' igr̄ iuſtitia deperibit qđ eſt abſonū/nec pſumendum eſt xp̄m dei ſapientiā uoluiſſe hoībus de uento ſeruire. Legem aūt iuſtā eſſe op3 atq; .k. poſſibilē .l. Impoſſibiles p̄terea cōditiones a iure reſpuuntur/nec quiſq̄ ſapiens legis lator ad iudicem aliquem remittit/qui in actum iuriſditionis exire non poſſit audiēdo querelas/illaſq; fine debito .m. terminando. Confirmatur hoc p dictū Ariſt. in li. de ſomno & uig. ubi inquit/cuius non eſt potētia eius non eſt actus & econtra. Sed penes eccleſiam nō ſunt claues / uel potentia ligandi & ſoluendi ut in argu. partis contrariæ arg.37. &.38. manifeſtius apparebit: ergo fruſtra ad illā recurritur uel eius iudiciū expectatur. Præterea dato ꝙ frequentius fieret eccleſię cōgregatio/ in uno determinato loco ut ſit

.i. de iud. c. nouit.

.k. 4. d. erit āt lex.
.l. ff. de cōd. & demō .l. obtinuit & de uer. ob. l. impoſſibilis cū ſimilib⁹
.m. c. ſi. de cler. ex. co. mini. & ibi per cano. c. ſi clericus ſi de feu. fuerit cōtrouer.

opꝫ.ad quã ſi oĩbus eundẽ eſſet pro iuſtitiæ cõplemento
contingeret a longiſſimis pleruq̄ʒ regiõibus maiorẽ fide-
lium partem pro iuſtitię cõſecutinoe ad illã ire oportere:
qđ duriſſimũ ẽ / diſciplinęq̄ʒ euangelicæ per cõtrariũ. Ait
enim .n. Saluator. Iugũ enim meũ ſuaue eſt/& onus meũ
leue. Omniũ ꝑterea ꝑlatoꝝ tribunalia deſtruerenť. Et ap-
pellationũ remedia ſuperuacua forent/ſi uniuerſalis eccłię
iudiciũ expectareť. Pro qualibet inſuper cauſa eſſet conci
lium congregandũ/ut ius ſuũ cuiq̄ʒ tribuatur/quod foret
abſq̄ʒ dubio laborioſuꝫ/maleq̄ʒ publicæ rei conſultũ. Hoc
aũt a xp̄i ſapientia eſt penitus alienũ. Apoſtolis ẽt xp̄s eo
rumq̄ʒ ſucceſſoribus nõ eccleſiæ diſperſæ uel cõgregatæ
dixit. Quęcũq̄ʒ ligaueritis &c. ubi glo. Hier. ait/ hic ptãteꝫ
tribuit apoſtolis. ꝑlati ergo uniuerſitatũ ſunt ad quos/tãq̄
ad iudices fideles remittuntur: nõ ipſæ uniuerſitates quia
ſi apoſtoloꝝ uniuerſitati hmõi ptãs cõceſſa fuiſſet nullus
eoꝝ ſeparatim illa uti potuiſſet neq̄ʒ ep̄i ẽt/qui in locum
apoſtoloꝝ ſucceſſerunt de per ſe poſſent illã aliquatenus
exercere/qa qđ uniuerſitati dať nulli de ea pticulatim cõ-
ceſſum .o. intelligiť. Chriſoſt. ẽt ſuper ꝑmiſſa auctoritate
Math. exponit/Eccłię .i. prelatis eccleſiæ .p. Glo. etiam Io.
exponit eccleſiæ .i. ſacerdoti: Thom. etiam ꝓ ꝑlatis eccle
ſiæ exponit: cui Altiſiod. adſtipulatur. Idẽ & Card. Hugo
primus poſtillator Bibliæ exponit i duabus glo. illũ locũ
eccleſiæ .i. ꝑſidẽtes ecc. neq̄ʒ hoc mirũ ob eccleſie cũ ꝑlato
cõnexionẽ/cũ unũ in altero eſſe .q. dicať: ſi eccleſia ꝓ ꝑla
to ipſo & ep̄ q̄nq̄ʒ capiať. uñ & cã iudicibus eccleſiaſticis
cõmiſſa corã eccleſia dr̃ .r. uentilari. Oñditur hoc ꝑtere a
tũ ex auctoritate ſũmoꝝ Pont. dicta uerba .s. interꝑtãtiũ
a quoꝝ deciſiõe uel interꝑtatione ſm .t. Hier. ſniaꝫ deuia
re impiũ eſt atq̄ʒ hereticũ: Tũ ex antiq̄ſſima cõſuetudine
ab ip̄is fidei icremẽtis iã ꝑdẽ exorta cui ſtãdũ ẽ tãq̄. ll. iter
ꝑti. Hęc ãt auctẽꝫ ꝑdictã ꝓ ꝑlatis eccl. ſemp fuit ĩterꝑtata
ꝑ uniuerſũq̄ʒ xp̄ianoꝝ orbẽ id obſeruať .u. minie itaq̄ʒ ſũt

.n .Math. xi. c.

.o .12. q. 2. q̄ manu-
mitiť & .ff. đ i ius
uo. l. ſꝫ ſi hac. §. q
manumittitur.

.p .2. q. 1. ſi peccaue
rit Thom. in. 4. d.
.19. q. ul. & .2. 2. q. 33
& in tract. đ corec
fra. Altiſiodorẽſẽ
i ſua ſuma .li. 3. c.
.131. Cano. oẽs i. c.
nouit de iudi.

.q .7. q. 1. Scire de
Teſta. req̄ſiſti.

.r .dicto. c. Nouit
de Iud.

.s .dicto. c. Nouit.

.t .24. q. 1. hec eſt fi-
des.

.u .ff. de legi. l. Mi
nime.

mutanda quæ certam interpretationē ſemper habuere. Et
dū dicitur pro eccleſia nō poſſe intelligi prelatū/quia xp̄s
loquitur Petro qui erat futurus prelatus eccleſię/&:null us
ad ſeip̄m remittitur: & per ꝯn̄s non prelatus ſed eccleſia
uniuerſalis ſit intelligenda eo modo quo haberi poteſt.ſ.
ſynodaliter/Rn̄detur ꝙ loquitur petro tanq̄ cuiuſlibet
xp̄iani pſonā gerenti non tanq̄ prelato futuro:& dato ꝙ
tanq̄ prelato loqueretur dico nō eſſe inconueniens in cā
denuntiatiōis ꝙ idem poſſit eſſe teſtis/accuſator/& iudex

x.11.q.3.p̄cipu.no.
p Can.i.d.c.nouit

ut patet in .x. Nico.auctoritate p̄allegata prout Glo. ibi
dem hoc aſſerit.Præterea ſi loquimur de papa aliquē de
nuntiante/dico ꝙ non ſolū in cauſa denuntiatiōis/ ſed in
quacunq; cauſa ipſuȝ tangente pōt ipſemet iudicare/ quia

.X.ff.de here. iſti.
.l. & hoc Tiberius
.l.1.C.neq; i ſua cā
.y. de re iu. in cāis
d iudi.c.cū ueniſſ.
.z.c.A collatiōe d
appel. in.6.c.poſt
electionē d cōceſ.
p̄b.& ibi p Doct.

ſi hoc .X. Imperatori licet/cur papæ nō liceat cuius pote
ſtas eſt amplior? Porro manifeſti iuris eſt papę etiam id
licere ſm Cano. y. ſanctiones:Nec eſt etiā inconueniens
eundem & priuatę & publicę perſonę uice .z. fungi diuer
ſo reſpectu. Non obſtat Grego.auct.quia ibidē non eccle
ſiam uniuerſalē intelligit p illud uerbū eccleſiā adhibere/
ſed de cenſura eccl'iaſtica intelligit:qua contra monitum
ab eo ſe uſurum promiſit:quod patet ex epiſtola eiuſdem
ad Mauritiū/quia eccleſiaſticā diſciplinā contra Io.patri
archam Conſtantinopolitan̄ adhibuit ſuis monitis non
parentem.Idem apparet in eiuſdem epiſtola ad Eugeniū
Ep̄m Alexādrinū & Anaſtaſiū Ep̄m Anthiochenū de Cy
riaco patriarcha ſcribētis:ubi inqnit ꝙſi hanc nō correxe
rit/pacē nullo modo nobiſcū habebit.Ideȝ in Epiſtola ad
eundem Cyriacū ait:Ne a pacis noſtrę ſocietate diuiſi in
ueniri poſſitis .Ex quibus patet non niſi de eccleſiaſtica
cenſura illum intelligere.Vel ſcdo modo dic/ꝙ licet bea
tus Grego.uelit p eccleſiā Conciliū intelligere: nō ſequi
tur per hoc ꝙ dixerit Conciliū eſſe ſupra Pont. Cum ideȝ
ad Mauritiū ſcribens contra eundem Io.dicat Petro toti
us eccleſię curā & principatū cōmiſſum/Et ꝙ ait ſe eccl'iā

Digitized by Google

adhibiturū ad maiorē Io.confuſionem hoc inquit/ ut coram plutibus cenſura notaretur nō ꝙ ad eccleſiā tanꝗ ad maius tribunal uellet recurſum habere:prout Hiꝛr.glo.in loco prꝛallegato.Dic inquit eccleſiæ ut.ſ.maiorem erubeſcentiam patiatur:poſt hæc omnia/ſequitur excōicatio/q̄ fieri debet per os eccleſiæ.i.ſacerdotem. ꝙ ſi dicatur illuꝫ tex.papā quoqꝫ cōpræhendere cum ſit ipſe etiam frater.dico ꝙ lꝫ ſit frater iure naturæ & fidei cōformitate:princeps tñ & caput eſt uniuerſalis eccleſię·Nec habet contra eum locum fraterna correptio inq̄tum denotat iuriſditionem ad puniendum correptionē hmōi contēnentē/ cū nulluꝫ in terris habeat ſuperiorem p̄ter cauſam hereſis/q̄uis fraterna correptio inq̄tum ex fontis charitate procedit/Papę etiā ſit cōis:& iſta eſt uera .a.doctoꝝ concluſio.

¶ Nec obſtat.32.quia dico dignitatem & principatū eccleſiæ/etiam papa mortuo in eccleſia perdurare.Et primo conſiderato paſtore & capite principali xp̄o qui eſt caput ſuper omnē eccleſiā quæ eſt corpus eius& plenitudo eius quia oīa in oībus adimpletur:ut inquit .b.Apoſtolus.Vnde licet deficiat uicarius eius/non deficit dñs/de cuius p̄rāte agitur/in qua principaliter fundatur/cuius poteſtas ſm.c.Danielem æterna eſt quæ non auferetur/& regnū eius nō corrūpetur.Secundo dicitur pontificia poteſtas mortuo illo manere in ordinatione diuina / ſicut dicimus epiſcopalem dignitatē in eccleſia aliqua manere mortuo Ep̄o q̄diu dignitas illa epiſcopalis in eccleſia ille p̄ſiſtit/nec dignitate illa a pont.ſpoliatur .d. quod pōt facere . Et ideo lꝫ fiat uariatio in perſonis p̄ſidentium p̄ mortem naturalem uel ciuileꝫ poteſtas manet in eccleſia.Tertio dico p̄tā tem remanere in ſede ap̄ſica quæ nunꝗ .e. moritur/quia licet papa mortalis ſit & corruptibilis dignitas tñ eſt incorruptibilis ſicut & .f. imperiū.Vnde corrupto ſubiecto hæc non dicuntur non exiſtere ſed uacare / hoc eſt adminiſtratore iuris uel facti .g. carere:quare Leo papa in ſer.

.a . Hoſt.d.ant.Io.
d̄ Imo. & alioꝝ i
c.p̄poſuit d̄ cōceſ.
.p̄b.& doc.i.c.No
uit de Iud.
.b .c.1.d̄ .ſac.unc.
.clem.1.in prin. d̄
Iu.iur.ad eph.1.c.
.c.8.c.
.d .25.q.2.Ita nos.
.e .de reſcrip.c.Si
gratioſe .lib.6.
.f .In auten.Quo.
op.ep̄os .§.licētiā
coll.1.
.g .de cōceſ.p̄b.c.
Cum nr̄is.

mõe.2.ſuę cõſecrationis dicit ꝙ in ſede papę uiuit ptãs & excellit auctoritas.Dr̃ preterea mortuo papa poteſtatẽ manere in potẽtia & habitu/qa i eccleſia remanet pſona/quę eligere ualet aliquẽ q in tali dignitate ſuccedit.Manet ẽt actualis poteſtas poſt mortẽ quo ad multa ; lʒ nõ quo ad plenitudinẽ poteſtatis ſm coẽm tum Theologoꝝ ; tum Canoniſtaꝝ .h. ſniaʒ.unn̄ tunc dicitur ſedes uacare.i.adminiſtatore carere.Nec ppea ꝙ nullus papa tunc in adminiſtratione ſuccedat/eccleſia dr̃ magnã iacturã pati: qa lʒ aliqđ damnũ ex hmõi uacatione patiatur/ tamẽ illud breue ẽ futurũ qa p Cardinales uł alios p̃latos de nouo Pont. puidebitur/& breuiori tp̃e ꝙ̃ fieri poſſet p Cõciliũ/cuius cõgregatio pdifficilis ẽ & diuturniorẽ morã requirẽs . Et p hoc dato ꝙ ptãtis plenitudo i uniuerſali eccleſia remaneret/nõ ppea eẽt caſibus indies emanãtibus ſatis cõſultũ.Ex qbus pʒ lʒ papa moriatr̃ nõ ppea dici ptãtẽ eccleſię ualẽtiorẽ nec digniorẽ .Nec ẽ ſimile regimẽ politicũ eccleſiaſtico qa illud exordnatione populi ortũ hẽt/ hoc uero a xp̃o eſt inſtitutũ.Itẽ ciuitas tarrena ẽ capax hmõi politię/ Fideliũ uero ciuitas uel uniuerſitus hmõi ptãtis prſus eſt incapax/ut latiſſime pbatr̃ in argu.primo partis contrarię cũ quatuor ſequentibus.

.h.c.1.ſciſmat.li.6. & ibi glo.& Doc. clem.ne Romani de elect.

¶ Rñdendo uero ad .33. argu . Dico ꝙ capiendo uniuerſalẽ eccłiam pro oĩbus orbis fidelibus nõ dubiũ ẽ papã i ipſa includi:Et ſic ipſe una cũ aliis dicetr̃ Spõſa / quia ut ait Ber.in li. de nup.Spõſa xp̃i nos ſumus & oẽs ſimul una ſpõſa/& aię ſingulorꝝ ſingulę ſpõſe . unn̄ Thom.i lib. contra impugnãtes religionẽ: Spõſus ait eccłię uere eſt xp̃s qui de eccleſia filios generat/ alii coopantes in generatiõe ſunt miniſtri/ſeu eius uicẽ gerẽtes: & ideo papa ut miniſter xp̃i in tota eccleſia eius uicẽ gerit/ideo & ipſę ſponſus eccleſie uniuerſalis dicitur.Preterea ratio ſponſalitii hmõi nullã p̃eminentiã iuriſditionis ſignificat/Sed ſolum grãm gratũ facientem demonſtrat.ſponſa etenim

propter dilectionē dicitur. Ait enim Berna. ſuper Cantica canticoꝝ Omelia. 77. Eccleſia dicitur ciuitas pp collectionem/ſponſa dicitur pp dilectionem/ouis pp manſuetudinem. Auctoritatis uero excellentia innititur dono gratiæ gratis datæ: ut latius probatur infra in argu. partis contrariæ argu. 39. & eſt aliquid ſupra dictū. Et hinc eſt ꝙ eccl'ia dicitur ſponſa xp̄i in oibus mēbris quę in xp̄i amore florent. Vnde lȝ nomen hoc ſponſę arguat dilectionē p fidē operantē ſm Oſeam ꝓphetam dicentē. 2. c Deſponſaui te mihi in fide/nō tñ arguit excellentiā iuriſditiōis uel principatus: alias ſancti uiri qui Chriſti ſponſę ſunt uere auctoritate & poteſtate iudiciali multis prælatis peccatoribus ſuperiores exiſterent/quod eſt error ualdenſiū: Cōſequentia ergo illa eccleſia uniuerſalis eſt ſponſa xp̄i: Ro. igitur pontifice eſt ſuperior ut falſa reiicitur. Vnde & tp̄e ueteris legis eccleſia uel ſynagoga dicebatur ſpōſa: ut ex multis locis in lib. Canticoꝝ apparet. Et tñ Moſes ſuperior erat auctoritate tota illa multitudine in eccleſia uel ſynagoga collecta. Et cū dicitur ſponſam paranimpho maiorem/hoc uerū niſi ſponſus aliter ordinauerit; qui curā & totale regimen ſponſæ ſuæ Paranympho. i. Ro. ponttifici ut uicario ſuo in totū cōmiſit/qui & ipſe ſponſus eccleſię a. i. Boniſ. 8. appellatur. Et eodem modo rñde dum dr ꝙ eſt regina/prout de ſponſa reſpondetur. .i. de Immun. ec. c. Qm̄ in. 6.

¶ Ad. 34. reſpondeo negando conſequentiā/ loquēdo de maioritate ptātis iuriſditionis: nō de pfectione gratię/ uel multitudine uirtutū: qm̄ una uetula poteſt eſſe maior & perfectior ipſo papa: Sed dicimus in ptāte iuriſditionis ſm quam unus ēt peſſimus maior eſſe pōt iuſtis cōpluribus Papā reſiduo corpore eſſe maiorē: & rō eſt/ quia licet nullū membrū corporis particulare toti corpori ſimpliciter pſtet/tñ uirtutis reſpectu unū pōt cæteris pualere/ ut ē uidere in capite humano: quod quia oēs ſenſus continet Ambro. li. 6. Exameron. c. 29. dicit eſſe mēbroꝝ oium pre-

ſtantiſſimum/ita & in eccleſia uni tanta gratia gratis data pōt eſſe conceſſa/puta ꝓphetiæ uel doctrinæ/ ut mortales reliquos antecellat/ & oībus dicatur maior. Simile pȝ in Principe reſpectu multitudinis cui ꝑſidet: non eſt dubiū quin ſit membrū totius cui ꝑſidet principatus: & tñ licet non poſſideat uirtutes quas ſubditi ſui poſſident/poteſtate iuriſditiōis/nihilominus oībus ſubditis dicetur eſſe ſuperior. Ita etiam eſt dicendū in papa/ qui lȝ bonitate multiſſimis ſit inferior/poteſtate tñ oībus eſt ſuperior. Oñditur hoc & in xp̄o/qui licet ſit caput ſuper oēm eccleſiā ſm Apſum.r.c.ad Ephe.ſcribente: tamen mēbrum eccleſię ab

k.1.ad corint. 12.c. eodem appellatur/qui de xp̄o loquēs. Vos .k. inquit eſtis corpus & mēbra: de mēbro Glo. dependentia de mēbro .i.xp̄o capite & cū mēbro noſtro:& nihilominus eſſet impium dicere perfectione/aut ptāte/uel gratia eſſe minorem eccleſia/cū ab ipſo totū bonū dependeat & gratię plenitudo/de cuius plenitudine nos accepimus/ut ī principio ſui Euangelii Io. ipſe teſtatur. Et dum dr̄ totū maius ſua parte: intelligo de quantitate dimenſiua uel naturali/non de quantitate uirtutis. Pōt enim cōtingere ꝙ una uirtus pōt in tot obiecta in quot plures aliæ ſimul/ut in exēplo capitis ꝓxime relato: Petrus ēt de Tarantaſio q fuit Inno 5. rñdet dū dicitur totū maius ſua pte/exiſtere de toto integrali/nō aūt de toto potētiali (ut eius uerbis utar) intelligendum: & hoc mō concedendo de toto integrali/ ꝙ omne totū ſit maius ſua parte: argu. nō facit ad propoſitū/cū nō de maioritate quantitatis dimenſiuæ uel naturalis loquamur/ſm quam nō eſt dubiū quamlibet congregationem eē maiorē ſuo ꝑlato/ſed loquimur de maioritate q̄titatis in ſpectu uirtutis uel potentię/ſm quam conſtat uirtutē unā poteſtatiuam (ut appellant) aliis inferioribus eſſe maiorē quæ in partes ſollicitudinis ſunt uocatæ. Et dū dicitur in qualibet cōgregatione in nomine xp̄i Ieſu facta/ eſſe ſp̄m ſanctum/fateor reſpectu dilectionis non reſpectu poteſta-

tis:quia quod ſit in nomine Ieſu/ in nomine ſalutis fieri intelligitur/Ieſus enim idē eſt ꝙ ſaluator: Non ſequitur ergo eſt ibi xp̄s per charitatē & pro ſalute congregatoꝝ ꝙ pp hoc iuriſditionem illis concedat/quia alias ſequeretur/ꝙ ſi duo uel tres mulieres cōgregarent̄ mō ꝑdicto ꝙ eis eſſet data iuriſditio. Et q̄libet cōgregatio pua eādē iuriſditionē & ptātem ꝯ Pon. ſortiretur/ꝙ eſt ridiculum.

¶ Trigeſimū quintū uero nil ualet qa eccleſia dr̄ dn̄a reſpectu ſuoꝝ ꝑlatoꝝ iuriſditionē in ea & ptātem hn̄tium/ & maxime in Papa/qui ſuper oēs habet plenitudinē ptā. tis. Minus ēt ualet dum dr̄ iudiciū eccl. eſſe iudiciū dei/qa fateor cōſiderādo corpus miſticū totū: ī quo eſt ēt papa/ ſecus ſi ſeorſuꝫ a papa cōſideret̄. Vel dic uerū reſpectu ſcti tatis & uirtutis nō reſpectu ptātis ordis quā hēt. Videmus ēt iudiciū ſacerdotū dei iudiciū a ſacris Cano. m. nūcupari/& tn̄ ſacerdos nō hēt iudicare Papā/neq̄ ē ſupra papā.

¶ Nunc. 36. arg. rn̄dendo dico papā in ꝑallegata auctoritate Concilii ſubſcriptionē requiſiuiſſe: nō ad uiliditatē conſtitutionis/ſed ut facilius hoīes ad illius obſeruantiā inducerentur tantoꝝ uiroꝝ conſenſu approbante/q̄ ſi ſolius ſtatuentis fuiſſet auctoritate firmata. Duplex. n. funiculus .n. fortior eſt q̄ unus: Rectius eſt ēt iudiciū qđ plurimorum ſententiis .o. cōfirmat̄. Et ſm Inn. papā. 1. facilius inuenitur quod a pluribus ſenioribus .p. q̄ritur. Et ueritas ſępius agitata magis ſplendeſcit in lucem: ut idē .q. Inn. aſſerit. Dici ēt poteſt papā ex humilitate ſubſcriptionem illam requiſiuiſſe/non tn̄ per hoc aliis impoſita eſt ita faciendi neceſſitas/ut in ſimili .r. Sixtus Greg. q̄ affirmant. Præterea iura loquentia de auctoritate Concilioꝝ & decretis in eiſdem factis loquuntur/qn̄ papa illis interfuit: quia illius tunc auctoritate firmantur ut ait .s. Gelaſ. quo caſu facta tribuuntur papę/non .t. Cōcilio: quia ut inquit .u. Imperator/cui & Bonif. 8. aſſentit: Omnia noſtra facimus quibus noſtram auctoritatem impartimur.

.m .de. pen. d. 3. §. ſ. quem ſacerdos .xi. q. 3. Nemo.

.n .đ renūt. c. poſt trāſlationē. ff. đ in fami .l. liberoꝝ. §. notat̄ iſtit. đ nupt. §. Affinitatis.

.o .c. prudentiā in princi. đ. off. del.

.p .20. d. c. ſi.

.q .35. q. 9. c. pen.

.r .2. q. 5. mādaſtis &. c. auditū .2. q. 7. Petrus.

.s .15. d. c. 1. 25. q. 1. c. 1.

.t .23. d. ī noīe dn̄i

.u .C. de uete .iu. enuc. l. 2. §. oīa de ꝑben. c. hi qui auctoritate .li. 6.

¶ Reſpondendo ad.37.dico Concilia non dediſſe auctoritatem Papæ/ſed datam approbarunt:ut dixi in rñſiõe ad.32.argu.& in.36.argu.partis cõtrariæ latius explicabif.

¶ Ad.38.argu.dico illam Conſtantini cõſtitutionẽ eſſe paleam & nullius roboris uel momenti/ut ex decreti cõpilatione apparet.Et ſi bene Cõſtantinus illa uerba dixiſſet : non ppea ab eo hanc ſupmam ptãtem papa accepit : ſed a xpo prius dicente Petro/Tu es Petrus:& Conſtanti. fuit potius ordinationis xpi & uolũtatis illius executor. Sicut enĩ impoſſibile eſt animæ ſubſtantiã ſeu ſpm̃ a corpore uel ſolem a luna:ita impoſſibile eſt ptãtem ſpũalem & pontificiam dignitatẽ ab imperio dependere:ut hoc tũ ex ſacris .x. Cano. tum ex preſtantiſſimo℞ doctorum auctoritate comprobatur.

.x .d̃ Maior & obſolite .96. d.ſatis cũ.u.c. ſeq.

¶ Non obſtat.39.argu.quia ille tex.nõ eſt ad propoſitũ quia nõ põt loqui de Conciliis gñalibus/quę tunc in uſu eſſe non poterant:cũ iudeo℞ imperiũ paruũ eſſet / nec Syriæ limites excederet.Et loquif tñ tex.y. deuther.unde illa auctoritas ab Inn.ſumitur de loco ubi erat ſũmus ſacerdos ut aſſumeret ſibi conſiliarios in cauſis occurrẽtibus / qui cauſas audirẽt/reſeruata tñ iudicandi poteſtate ipſi ſacerdoti/cuius ſniæ qui non pareret morte morercf : unde auctoritas p̃allegata facit in oppoſitũ. Et pont.licet dicat Cardinales Ro.eccl.ſacerdotes leuiticos rep̃ſentare/ illos tñ dicit coadiutores ſuos/& Papã eo℞ iudicem eſſe:& ſic dato ꝙ rep̃ſentarẽt Conciliũ ſacerdotes illi: apparet papã ſuper illos eſſe/& ſic ſupra Concilium.

.y .17.c.

¶ Multo ẽt minus obſtat.40.argu.quia lʒ Papa per electionem a duabus partibus Cardinaliũ factaʒ pleniſſimã iuriſditionem ſuper totã eccl.cõſequatur:ſi tñ nõ ſit preſbiter uel eps non eſt maior epiſcopo uel ſacerdote quo ad ordines/merito opʒ euʒ coronari uel conſecrari ab habente ptãtem talem ordinem conferendi.Nec eſt incõueniens ꝙ uno reſpectu quis dicatur maior/alio uero reſpe.

ctu minor exiſtimetur :ut .z. Aug.affirmat ad Hiero.ſcribens :cui & ſacri Cano. a. aſtipulantur.Præterea coronās pontificem id facit auctoritate papæ hoc approbantis tāq̄ miniſter ad hunc actū pręcipue deputatus. Nec ex hoc ſequitur ꝙ ob hoc pont.ipſo maior exiſtat/ ut eſt uidere in Barone ex conſtitutione regia coronandi Regis ius hn̄te qui ꝑpea Rege ipſo maior dici nō debet.Simile & in epiſcopis .b. archiepm̄ conſecrantibus qui ꝑp hoc archepo ipſo minime maiores exiſtūt.Et per hoc tollitur obiectio alia de Cardinalibus facta:qui licet teneant uicem metropolitani in conſecratione Pont.illo tn̄ maiores non ſunt.

.z.2.q.7.q̄q̄ cū gl. a.c. poſtulaſtis d̄ cōceſ.ꝓb.c.a collatione de appel.i.6

.b.66.d.c.ſi.

¶ Ad.41.dico Apl̄os fuiſſe fratres & pares in uita xp̄i : uerū poſt eius mortē & reſurrectionē Petrus aliis apoſt. ē prelatus a xp̄o ſui illum gregis paſtorem cōſtituente:nec eſt abſonū ꝙ inter fratres ēt ſit prelatio/ qa uidemus maiorem ætate cęteris paribus .c. de iure debere aliis anteferri :ut eſt uidere etiam in aliquo regno uel principatu/ ubi inter plures fratres unus eſt rex uel princeps & aliis dn̄at. In aliquibus etiam num Hiſpanię Gallięq; regiōibus primogeniti tm̄ cęteris excluſis paterna in hereditate ſuccednnt. Saluator pręterea in euangelio nonnunq̄ diſcipulos ſuos fratres appellat.d. dicendo; uade aūt ad fratres meos & dic eis .&c.'e. Pſal. ēt in ꝑſona xp̄i ait . Narrabo nomen tuum fratribus meis . Nec obſtat dum dicitur ꝙ Petrus quaſi in ſummū ſacerdotem a Chriſto fuit electus quę dictio quaſi imꝓprietatē ſignificat : quia dico ꝙ hęc dictio eſt etiam ueritatis expreſſiua ſm̄ materiā cui adiungitur; ut ſi eſt uera ueritatem etiam ſignificet : ut eſt illud Io.primo Quaſi unigeniti a patre. Et in pluribus locis in Iure hoc ſæpius .f. reperitur.

.c.ff. de uer. ſig.l. ꝓnūtiatio.§.familię.

.d. Io.ulti.c.
.e. pſal.21.

¶ Non obſtat.42.quia dicta Pħi procedunt in regimine politico quo caſu cū princeps populi habeat ptātem a populo/poteſt eadem ptās eidem a populo abdicari:quia ab eodē procedit deſtructio alicuius actuſ / a quo ꝓceſſit

.f.ff.ad in rebel.l. mulier.§.fi.l.ſi.an̄ nupt.& ibi.bar. & moder.ff.ſol.ma. .c.parrochianos d deci.&ibi ab.& i.c put de do . & cōt. p.d. Ant.i.c. dudū de elec .in.1. &.4. col .

Digitized by Google

conſtructio. Vna .n. q̃q; res per eaſdẽ cauſas diſſoluitur p quas naſcitur ſm iuris .g. regulã approbatã: ſed regnũ ecclesię eſt manorchicũ & a deo immediate procedens: uñ non poteſt ab homine deſtrui:ut late in argu. contrarię partis apparebit in primis.7.argumentis.

¶ Minus ẽt oſtare uidentur.43.loco adducta/ quia uir & uxor non iudicantur ad imparia quo ad carnis obſequium:in aliis uero .h. diſpat uiri eſt uxoriſq; conditio / ut patet Geneſis.3.c.Sub uiri poteſtate eris & ipſe dominabitur tui:Vir enim caput eſt mulieris/ipſamq; habet regere & moderari/ut tam .i. Hierony.ſuper epiſtola ad Titũ/ q̃ .k. Auguſtinus & .l. Ambr.in lib.q̃onum noui & ueteris teſtamenti manifeſte affirmant:Paulus ẽt.c.3.ad Coloceñ. Mulieres inquit ſubditę eſtote uiris ſicut opꝫ in dño. Pręterea maior eſt coniunctio inter uirũ & uxorẽ/ q̃ inter papam & eccl. quia illa prorſus eſt inſolubilis dicente ſaluatore:Quod deus coniunxit/homo non .m. ſeparet:aliud non eſt ſolubile ut patet ex pallegata Bonif.conſtitutione: & in epiſcopis de una eccleſia ad aliam tranſlatis de conſenſu papę.Nec eſt in poteſtate eccleſię pontificẽ dominum ſuũ q̃uis malum deiicere dicente .n. Petro: ſerui ſubditi eſtote dñis ueſtris/non tñ bonis & modeſtis/ſed diſcolis:cui & Paulus apl'us ad Coloceñ.3.& ad Eph. 6.c. aſtipulatur inquẽs: Serui obedite per oia dominis carnalibus.Item regimen eccleſię eſt monarchicũ nõ politicũ/ & a Chriſto principaliter inſtitutũ:unde nõ poteſt illi preſidens ab hoibus iudicari q̃uis eccleſiã dilapidet/ ut dixi late in reſponſionibus ad.14.& ad.13.argu.deductis/ & uide quę dicentur in ſequenti rñſione.

¶ Reſpondendo autem ad argu.44.dicitur ꝙ ẽt quando papa perturbaret diſſiparetq; eccleſiam/non debet Cõcilium illo inrequiſito aliquatenus congregari.ut patet ĩ .o. Marcellino papa/qui licet fidẽ abiuraſſet illius tamen auctoritate fuit Concilium cõgregatum/ alias cauſa fidei

.g .ff.d̃ reg.iu.l.nihil tã naturale & de pac.l. ab emptione & de ſol.l.put qſq; &.c.1. de reg. iu.in antiquis

h.32.q.5.c.ſi.cũ gl.

i.33.q.5.cũ caput

k. 33.q.5. maĩfeſtũ cũ duobus ſeq.

l.33.q.5. mulier cũ duobus ſeq.

.m.33.q.2.c.2. &.c. quos deus d̃ trãſl. pl.c.inter.c.q̃to& .c. licet.

.n.prima pet.c. xi. q.3.ſi dñs &.c.Iulianus &.c.q reſiſtit

13.q.5.ſi habes.

.o.21.d.Nunc aũt.

Digitized by Google

excepta non poteſt illo inuito Concilium congregari: ut late probabitur in argu.partis contrarię argu.23. Et licet xp̄s ſit caput eccleſię/tamen nobiſcum uiſibiliter non cõuerſatur. Vnde reliquit loco ſui Petrum & ſucceſſores caput totius eccleſię uiſibile & homogeneũ; cuius imperio militans eccleſia gubernetur:& cuius auctoritate cũ expedierit debeat Conciliũ congregari. Et dũ dicitur ꝙ eccl. poſſet pati;niſi poſſet corrigi ſatis dixi inſolutiõe.15.&.25. argu.ſupra pro hac parte adducti. Propter qđ tollitur illa rõ/uolens paſtorale officiũ fuiſſe in dilectiõe dei fũdatũ/dũ dixit xp̄s.diligis me? paſce oues meas: quia uerũ hoc eſt/ꝙ qui non diligit deũ/non bene paſcit oues: Tñ non propter hoc eſt repellẽdus a Papatu. Sequeretur.n.ex hoc ꝙ cũ; ex quolibet mortali peccato charitas amittatur deberet põt.deponi/qđ ẽ falſũ: Sciebat ẽt xp̄s an Petrus illũ diligeret/nec propter hoc illũ interrogauit/ ut eius dilectione; ſciret/cui nota ſunt omnia anteꝗ̃ fiant& ſolus ſcrutator eſt cordium : ſed ideo illum interrogauit / ut ſicut Petrus ter illum negauerat/ ita & trina confeſſione priorem negationem dilueret/ut ſancti doctores aſſerunt: cõtraria quippe contrariis antidotis ſolent curari. Pręterea ꝙ mali princip.s dominentur ex iuſto dei iudicio prouenit ꝗuis nobis occulto: quia ut inquit Auguſtinus ſuper Pſalm.54. Omnis malus aut ideo uiuit ut corrigatur aut ut per eum bonus exerceatur. Corripit enim deus omnẽ filium quem diligit: ut tradit Apoſtolus ad .p. Hebreos ſcribens. Porro ſi unitas eccleſię diſſiparetur cu; talis diſſipatio hereſim ſapiat adhuc debebit hortari ut ſuũ emendet errorem/qđ ſi non fecerit tanꝗ̃ contra hereticum procederetur/quaſi diſſipet ſanctorꝝ cõmunionem/ quod eſt unum ex duodecim articulis fidei precipuum. .p.12.c.

¶ Non obſtat.45.quia licet eccleſia Romana & uniuerſalis inuicem differant:Romana tamen ſeu Pontifex illi pręſidens uniuerſalis eſt caput;ut late probatur in.28.

& in.43. argu.partis contrarię:& illa eſt ſua ſponſa.Et ꝑ.
pterea non differt in hoc ab aliis epiſcopis/& cum illis pa
ri iure cenſetur.

Ad.46. dic ꝙ lꝫ eccleſia dicatur mater aliquo reſpe.
ctu.s. baptiſmatis quo nos regenerauit/alio tñ reſpectu di
citur filia Epoꝝ:ut manifeſte Vrbani hoc probat auctori
tas ꝑallegata iuncta glo.Ioann.ibi. Nec eſt inconueniens
unā eandemq; reꝫ uarias ob cauſas diuerſo iure .p. cēſeri.
Præterea dicitur mater quoad dilectionē nō quo ad pote
ſtatem/qua papa illi eſt ſupior quia lꝫ ſit mater oīuꝫ quo
ad regeneratiōem/nulla tñ ei poteſtas clauiū attributa re
peritur /ut in argu.partis contrarię latius probabitur / ma
xime in.36.&.37.Nec obſtat ꝙ in ſedibus patrum defunc.
torum epiſcopi ab eccleſia collocantur: quia hoc intelli.
gitur uerum/capiendo eccleſiā pro toto fideliū cœtu nul
lo excepto.In quo & ipſe papa includi nō eſt ambiguū.

.p.c.poſtulaſtis đ
cōcei.ꝑb.c.a colla
tiōe đ appel.in.6.

